

tscorum Angelorum uidebimus eum. facie ad faciem sic & iohannes dix. qua ui
debimus eum sicut est. sed & illa potest uidere gloria quae reuelanda est 7 Cũ de singulis qub. q rationb.
mundi tex. q supra mundus. Incipit doctrina cognosci. & thesauri sapientiae eius. ascientiae reuelary. 7
NAM EXSPECTATIO CREATURE REVELATIONE FILIORUM DI. EXSPECTAT.
AMB. Quõ praesentis temporis passiones indignas dixit. Ad futuram gloriam. Subiecit
quod creatura hoc exspectat. Ut completur numerus filiorum di destinatus ad uitã
Ut tunc demum & ipsa creatura possit liberari a seruitute corruptionis. & cessare
ORIG seruitio 7 Ait dum creaturam utpote rationabilem habere expectationem.
quandam & spem gerere temporis illius quo reuelanda est gloria filiorũ di. hoc est
cum reuelabuntur et quae preparata sunt his qui filii di merebuntur. aut certe cũ ablato
a his uelamine quo obtegunturmanifestati fuerint ipsi qui filii di sunt. 7
VANITATI ENIM CREATURA SUBIECTA EST NON VOLENS SED PROPTER EU
QUI SUBIECIT IN SPE. QUIA ET IPSA CREATURA LIBERABITUR A SERUITUTE
CORRUPTIONIS IN LIBERTATEM GLORIAE FILIORUM DI. 7
ORIG Quae autem creatura quae reuelationem filiorũ di expectat. haec inquit quae nunc uanitati
subiuncta est. subiecta autem non uolens. neq. sponte propria. sed uoluntate
eius qui dispensat uniuersa. propter ipsum ergo subiecta est. subiecta autem non
ea conditione ut maneat semper subiecta uanitati. sed cum quadam spe. quae
autem sit spes ista commemorat dicens. quõ & ipsa inquit creatura liberabitur.
a seruitute corruptionis. in libertate gloriae filiorum di. 7 Discutiamus ergo
intentius quae est ista uanitas cui creatura dicitur esse subiecta. & quae est ista
corruptio de cuius seruitute liberandam sesperat. mihi uidetur quod de hac ma
teriali & corruptibili corporum substantia ista dicantur. neq. enim corruptio
alicui nisi corpori dominatur. Nam ille interior homo qui secundũ dm crea
tus est. & ad imaginem di factus incorruptibilis est. & inuisibilis. & secundum
proprium suiationem incorporeum dici potest. exterior uero homo & corporeus
& corruptibilis dicitur propter quod & paulus dicebat. Nam & si is qui de foris
est homo noster corrumpitur. sed qui intus est renouatur. interioris autem
hominis renouatio utpote quae sit rationabilis & mens imagine di & capacitate
sciẽdi constat. Verum ut aliqua & ad profundis eb. breuiter & stricte & iam
chartulis commitamus de ipsum interioris hominis. hoc est animae mentisque
substantiae colligamus imaginem. quomodo uanitati creatura subiecta est
non uolens. sed propter eum qui subiecit eam in spe. & ipsum siuidetur paulum
ponamus in medio. cuius utique animae uel mens quae est interior eius homo
supergreditur & ascendit omne quod corporeum est. quod uisibile et sensui

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BSB Bayerische StaatsBibliothek
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bayerische Staatsbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bsb_clm8108/0006